

**Part 1: Story****pugna - A fight**

Your teacher will read the following story aloud to you. Read it again and then answer the questions. Answer in English unless you are asked for Latin words.

Names:

**Caecilius** *Caecilius*

**Quīntus** *Quintus*

**Pompēiānī** *the Pompeians*

**Nūcerīnī** *the people of Nuceria*

multī amīcī cum Caeciliō cēnābant. Quīntus quoque aderat. omnēs amīcī cēnam laudāvērunt, quod cēna erat optima. amīcī, postquam cēnāvērunt, fābulās nārrābant.

Quīntus rogāvit, “pater, cūr tū gladiātōrēs in amphitheātrō numquam spectās?”

tum pater tōtam rem nārrāvit:

“ōlim in amphitheātrō erat spectāculum. multī Pompēiānī ad amphitheātrum festīnābant. multī Nūcerīnī quoque ad urbem contendēbant quod amphitheātrum nōn habēbant. magna turba erat prope amphitheātrum. Pompēiānī erant irātī quod Nūcerīnī viās complēbant.

“tandem omnēs spectātōrēs in amphitheātrō sedēbant. gladiātōrēs arēnam intrāvērunt. murmillōnēs erant fortēs et rētiariōs agitābant. Pompēiānī murmillōnēs laudābant. Nūcerīnī rētiariōs incitābant.

“multī spectātōrēs tamen arēnam nōn spectābant. Nūcerīnī Pompēiānōs vituperābant. Pompēiānī Nūcerīnōs vituperābant. subitō spectātōrēs pugnābant! Nūcerīnī Pompēiānōs pulsābant. Pompēiānī Nūcerīnōs pulsābant. nōnnūllī Pompēiānī gladiōs habēbant. Pompēiānī multōs Nūcerīnōs necāvērunt.

“itaque gladiātōrēs in amphitheātrō nōn spectō!”

**amphitheātrō**

5 *amphitheater*

**numquam** *never*

10

**complēbant** *were filling*

**tandem** *at last*

**spectātōrēs** *spectators*

**arēnam** *arena*

15

**murmillōnēs** *heavily-armed gladiators*

**rētiariōs** *gladiators with nets*

20

**incitābant** *were urging on*

**arēnam** *arena*

**nōnnūllī** *some, several*

**itaque** *and so*